

Müller, Ioannes Valentin. / Gruner ,  
Christian Gottfried. - Ordinis Medici in  
Universitate Litteraria Ienensi h.t.  
Decanus Christ. Godofred.  
Gruner...dissertationem inauguralem  
... Ioann. valentin. Müller... indicit /  
Graece ac Latine Anonymi  
Fragmentum de Venaesectione

1779.

Ienae : Litteris Fickelscherrii

Cote : 90959x70x20

no 20

ORDINIS MEDICI  
IN  
VNIVERSITATE LITTERARIA IENENSI  
H. T.  
D E C A N V S  
D. CHRIST. GODOFRED. GRVNER

SERENISS. DVC. SAXO-VINAR. ET ISENAC. A CONSIL. AVL. BOT. ET  
THEORET. PROF. PVBL. ORD. ACAD. NAT. CVRIOS. ELECT. MOGVNT.  
SCIENT. VTIL. SOCIET. ACAD. PRINCIPAL. HASS. SODAL. SOCIET.  
LAT. IEN. SODAL. HONOR.

DISSERTATIONEM INAVGVRALEM

V I R I  
PRAENOBILISSIMI ATQVE EXPERIENTISSIMI  
IOANN. VALENTIN. MÜLLER

MOENO - FRANCOF.

A. D. V. I V N I I c i o i o c c l x x v i i i i .


INDICIT

---

PRAEMISSVM EST NVNC PRIMVM  
GRAECE AC LATINE  
ANONYMI FRAGMENTVM  
DE VENAESECTIONE

---

I E N A E  
LITTERIS FICKELSCHERRIL.



10

ORDINIS MEDICI

UNIVERSITATE LITTERARIA IENENSIS

DECANVS

D. CHRIST. GOETTERD. GRANER

EMENDATA ET AUCTA A D. JOH. VALENT. MULLER  
PRAEPOSITO SIVE ATQUE EXPERIMENTALI  
PHYSICO VITI SOCIET. ACADEM. IENENS. SOCIET.  
PUB. IENENS. HONOR.

DISSERTATIONEM IN ASTRONOMIA

VIRI

PHYSICO SIVE ATQUE EXPERIMENTALI  
JOHANN. VALENTIN. MULLER

HONOR. PRAEPOSITO

ATQUE SOCIET. ACADEM. IENENS. SOCIET.  
PUB. IENENS. HONOR.

INDICIT

PHYSICO SIVE ATQUE EXPERIMENTALI

JOHANN. VALENTIN. MULLER

PHYSICO SIVE ATQUE EXPERIMENTALI

PHYSICO SIVE ATQUE EXPERIMENTALI

LENAE

LITTERIS PICHTEISCHERIANIS



**E**a est graecarum litterarum praestantia, ut optimum quemque non alliciant modo, sed veluti inuitum ad se trahant atque retineant. Mirum ergo esse debet nemini, si ego homo medicus medicorum veterum monumenta passim verso animi relaxandi gratia, in quibus tot tamque scitu necessaria et ad artis opera vtilissima inueni, quot vix credant, qui ultra libellos nostrorum non sapiunt, neque male interpretaturum quenquam puto, si opportunitatem scribendi nactus, quaedam *fragmenta inedita* e tenebris et squalore bibliothecarum protraham. Placent graeca, etiamsi non semper noua, amantibus et doctis viris, qui de veterum pretio rite decernunt, ideoque quaecumque penes me adhuc quasi oriantur, STEEHANVS Atheniensis et ZOSIMVS *περὶ χρυσοποιίας*, Variarum lectiones in GALENI GLOSSARIUM, in L. *περὶ ἀρίστης κατασκευῆς, περὶ εὐεξίας, περὶ ἀιρέσεων τοῖς ἐισαγομένοις*, *fragmentum de pulsibus*, ORIBASII *Collect. Med.* L. I. et II. et eiusdem *versus quidam*, *Anonymi physiologia lactis*, *recensus bibliothecae cuiusdam graecae* cet. proxime in vulgus dare animo constitutum est. Ordinar ergo ab *fragmento de venae sectione*, quod humanitati Cl. ΜΑΤΘΑΕΙ e bibl. Mosquens. acceptum fero.

A 2

Erat

Erat codex chartaceus perquam vitiose scriptus et male interpunctus, seculi, si bene memini, XV. et dignus videbatur libellus, qui ob argumenti utilitatem prelo subiiceretur. Quis auctor fuerit, equidem definire non ausim; Id vero satis inter legendum perspexi, eum fuisse aliquem e ferioribus graecis. Nam more istorum hominum, GALENUM *a*) multis in locis fere ad verbum exscripsit, itemque PAVLLVM *b*), passim vero videtur ORIBASIVM *c*) et AETIVM *d*), de hoc argumento scribentes, sequi, immo vero ipsos Arabes. Nam feriores aetatem ostendent peregrina et inusitata veteribus verba, *σπάσρα*, *βλησκήνιον*, *κονδιμέντα*, *πρροσση*, *χάλβανον*, *κρανόλυτον* rel. scholam vero Arabicam minutula diuisio venarum, abhorrens omnino ab ista veteri, in *cephalicam*, *catholicam*, *renalem*, *craniacam*, *hepaticam*, nec non numerus venarum aperiendarum quadragenarius, et omnium maxime vox Arabica, *venae Samothae*, vt de tempore, quo auctor vixerit, dubitare amplius non liceat; magis de nomine. In fragmenti vero editione hoc erat propositum, vt variae lectiones ex GALENO et PAVLLO adderentur, versio latina et notulae qualescunque, eaeque parcissimae, subiicerentur, ne qua in re oleum et operam perdidisse vel legentium spem frustratus esse perhiberer. Qua de re si per leges academias forte non liceat libellum integrum exhibere, curabo, vt breui, comoda data occasione, quae restant, cum graecarum litterarum fautoribus communicentur.

Περὶ

- a*) Princeps fragmenti pars extat ap. CHART. T. VIII. p. 898. ex codd. reg. Paris. descripta sub GALENI nomine; sed hic multa leguntur, quae ap. auctorem nostrum desunt, et vice versa; deinde quaedam ad verbum reperiuntur in GAL. L. De Curand. Rat. per Venaesect. c. 16, 17, 19, 21, p. 445. sq. T. X. quaedam eodem sensu, sed verbis aliis reliquis in capitibus inveniuntur. Multa vero immiscuit, quisquis demum auctor fit, in primisque ei finis debetur.
- b*) De Re Med. VI. 40. p. 565. seq. Coll. Steph.
- c*) Synops. I. 7. p. 8. Coll. Steph. et Collect. Med. VII. I. p. 303.
- d*) Tetrabl. I. Serm. 3. c. 10. p. 179. seq. Tetr. II. Serm. I. c. 71. p. 206. et Serm. 3. c. 8. p. 302. Coll. Steph.

**Ο**ἱ πρῶτοι καὶ κυριότατοι σκοποὶ τῆς Φλεβοτομίας α) τὸ μέγεθος τῆ νοσήματος καὶ βία καὶ ῥάμη τῆ καμνοντος β) ἐστὶν γ). ὅθεν εἰ δὲ δ) τῆς παιδᾶς Φλεβοτομίας ε) μέχρι f) δεκατεσσάρων ἐτῶν τῆς αὐτῶν ἡλικίας γ). μετὰ δὲ ταῦτα εἰαν παμπολύ τῆτο φαίνεται ποτὲ ἄθροισμένον h), ἢ τε i) ὡρα τῆ ἐτῆς ἐαρινῆ, καὶ τὸ χωρίον εὐκρατον φύσει, καὶ ἢ τῆ παιδὸς φύσις πολύαιμος k), τότε ἀφαίρεισιν αἵματος δεῖ ποιέειν, καὶ μάλιστα ὅπῃ κίνδυνος ἐφιδρεύει l) περιπνευμονίας, ἢ συναγχῆς, ἢ πλευριτίδος, ἢ τινος ἄλλῃ ὁξέως καὶ δεινῆ m) νοσήματος n). ἀφαιρήσεις δὲ τὸ πλεῖστον ἄχρι κοτύλης κατ' ἀρχάς. A 3

**P**rima ac praecipua venae secandae indicatio a morbi magnitudine atque aegroti viribus repetitur. Quapropter neque pueris secabis venam vsque ad decimum quartum aetatis annum: Sin vero quando omnia haec consentire videantur, vernaanni tempestas, regio bene temperata, et pueri natura sanguinis abundans, tunc sanguinem detrahere licet, cum maxime si qua imminet inflammatio pulmonum, aut angina, aut dolor laterum, aut alius morbus acutus atque difficilis. Mittas vero sub initio ad summum heminae men-

- α) CHART. leg. Μεγεθος δι νοσήματος, καὶ βία καὶ ῥάμη δυναμ. εἰ πρῶτοι σκοποὶ τῆς φλεβοτ.  
β) CHART. leg. δυνάμεις.  
γ) Sic CHART. leg. vsque ad σάρεκα.  
δ) CHART. leg. κατὰ τῆτος ἐν τὸν λόγον εἰδὲ.  
ε) Rectius CHART. φλεβοτομήσεις.  
ς) CHART. ἄχρι.  
ζ) CHART. τισσαρισκαὶ δεκαετῆς ἡλικίας.  
η) Def. haec ap. CHART. pro quibus leg. quaedam alia.  
ι) CHART. εἰαν δι ἄρα ἐαρινῆ.  
κ) CHART. ἰναρμος, ἀφαιρήσεις αἵμα.  
λ) CHART. καὶ μάλιστα ὅπῃ οἱ κίνδυνοι ἐφιδρεύουσιν περιπνευμονίας.  
μ) CHART. σφοδρῆ.  
ν) CHART. add. quaedam alia.

χὰς. εἰν δέ σοι μετὰ ταῦτα ἐπι-  
 σκεπτομένῳ δοκεῖ τῆς δυνά-  
 μως ἰσχυρὰ διαμένειν, ἡμίσειαν  
 προδῆσεις κατὰ τὴν πρώτην ἐπα-  
 Φάσειν. ὅσα τοίνυν κατ' ἕξιν ο)  
 αἵματος αἰμορραγῶντα ρ), με-  
 γίστην ὠφέλειαν ἐπιφέρει q) τοῖς  
 νοσῶσι, τὸ δὲ κατ' ἕξιν αἵματος  
 τὸ κατ' εὐθείαν r) πᾶσιν ὁμο-  
 λογήται, κεχρημένος s) πολλά-  
 κισ ἐπὶ τῆδε τῆ σημασιόμην τῆ  
 κατ' ἕξιν φωνῆ, τὰ δ' ἀνάπα-  
 λιν t) αἰμορραγῶντα, μηδὲν  
 ὠφελῆν, ἢ καὶ βλάπτειν ἐπίστε  
 τῶ καταλύσαι τὴν δύναμιν ἀνευ  
 τῆ τι v) πάθος κερύσαι. ὅτε  
 γὰρ ἐπὶ σπληνὶ μεγάλῳ x)  
 μυκτῆρ δεξιῶς αἰμορραγήσας,  
 ὅτε ἀριστερὸς ἐφ' ἥπατι φέρε τι-  
 νὰ ὠφέλειαν, ἀλλὰ καὶ ἡ y)  
 ἀντι-

mensuram : quod si tibi post-  
 haec diligentius inquirenti vi-  
 deantur vires ferre, addas d mi-  
 diam post primam missionem.  
 Hinc si e directo profluit, ae-  
 grotis quam maxime profi-  
 cium est. Sanguinis vero e di-  
 recto missio omnibus est, quae  
 κατ' εὐθείαν i. e. reſtitudinem  
 fit, et hoc sensu plerumque  
 fumitur. Sanguinis fluores  
 ex aduerſa parte nihil profi-  
 ciant, imo vero nocent interdum  
 adeo, vt vires frangant,  
 neque tamen morbum mi-  
 nuant. Etenim in splenè tu-  
 mefacto nec sanguis e dex-  
 tare profluens iuuat, neque  
 e sinistra, si hepar affectum  
 est. Quin ipsa reuulsio in lo-  
 cis

o) κατ' ἕξιν HIPPOCRATIS. idem est, quod κατ' εὐθείαν, e directo, vt paullo  
 infra. v. GAL. in Exeg. Voc. Obsol. et L. De Cur. Rat. per  
 Venaes. c. 15. p. 444. T. X. ex HIPPOCRATIS et FOES. Oecon. sub hoc  
 voce. Adhibetur fere de modo, quo sanguis mittendus est,  
 et notissima his est, quam HIPPOCRATIS et Arabistae sec. 16.  
 hac de causa inter se gesserunt.

p) Ap. GAL. leg. αἰμορραγῶντα.

q) GAL. ἐπιφέρει.

r) GAL. ὅτι κατ' εὐθείαν λέγεται, πᾶσι.

s) GAL. σαφῶς αὐτῶ κεχρημένον.

t) ἀνάπαλιν HESYCH. expl. per ἐκ τῆ ἰαντίως, πάλιν, et contrarium  
 est praecedenti, ex aduerſa parte. GAL. Comm. in Aph. 21.  
 L. I. et Comm. I. in Progn. Metuebant veteres maxime san-  
 guinem fluentem e latere loci affecti opposita. v. ibid. GAL. L.  
 De Cur. Rat. per Venes. c. 15. p. 444.

v) GAL. τὸ.

x) Vide RONSSEVS L. De magn. HIPPOCRATIS lienib. Antwerp. 1564. 8.

y) Defunt. ap. GAL. καὶ ἡ, et leg. ἀντιση. μετ' ἐν.

ἀντισπασίς x) ἐπὶ μὲν τοῖς κατ' εὐθείαν α) ἀντισπασμένοις ἐναργῆ τὴν ὠφέλειαν ἐν τάχει δείκνυσιν β), ἐπὶ δὲ τοῖς ἀνὰ πάλιν, ἔκτετι. δεξιᾷ μὲν ἔν ἀιμορραγῆτος μηκτῆρος, αἱ καθ' ὑποκόνδριον τὸ δεξιὸν ἐρειδομένα σικυῶα c) σαφῶς ἴσασιν ἐν τάχει τὴν ἀιμορραγίαν, ὡς περ καὶ αἱ κατὰ τὸ ἀριστερὸν, εἰ ἀιμορραγῆ d). ἢ καὶ φλεβοτομήσεις e) χάριν ἀντισπασσεως f). ἐπὶ μὲν ἔν ταῖς (κατ' ἴξιν ἤτοι g) κατ' εὐθείαν ἀιμορραγίαις ἐν τάχει σαφῶς h) θείαση τὴν ὠφέλειαν, ἐμπάλιν δὲ εἰ τέμνοισ, ἔσδεν ἢ μικρὸν ὀνήσειας i). αὐτίκα καὶ σπληνὸς k) πάσχοντος ἢ

cis affectis praesentissimam utilitatem adfert, minime vero ex aduersa parte. Ab dextra igitur nare vbi sanguis effluit, cucurbitulae praecordio dextro superimpositae sistunt illico et manifeste haemorrhagiam, similiterque sinistro appositae praecordio, si exinde sanguis dimanai. Etiam secare venam licet reuulsionis gratia. In haemorrhagiis e directo factis, certissimam breui videbis utilitatem; contra si e diuersa parte venam secueris, nihil aut parum iuuabis. Statim ac splen male se habet, sanguinis missio e sinistrae manus digito, qui me-

x) Haec ex HIPPOCRATIS Praedict. et COAC. Praenot. desumpta sunt.

α) GAL. κατ' εὐθείαν.

β) GAL. δεξιᾷ.

γ) Sic reposui pro vitioso σικυῶα. GAL. hab. singularem, vt et in sequenti.

δ) De hac ἀντισπασίσει, et reliquis hic commemoratis obseruationibus circa Venaesectionem recte et opportune instituendam, vid. GALEN. Medendi Method. V. 3. pag. 107. Tom. X. Opp. item pag. 303. et p. 442. Prae ceteris vero cf. BRISSENOTI Apolog. pag. 40. III. TRILLER de pleuritide, c. 2. et WIPACHERI Tract. de Venaesectione deriuatoria in pleuritide, Sect. I, cap. 1. Quanti vero interfit medici nosse hanc venaesectionem reuulsionem, iam hic repetere non lubet.

ε) GAL. κατὰ τὴν ἀριστερὴν ἀιμορραγῆτος ἀριστερῆς.

ς) GAL. καὶ φλεβοτομήσεις δὲ — reiecto paullo post ἔν.

γ) Haec GAL. non habet.

δ) GAL. σαφῆ.

ε) GAL. ἔσδεν ὀφέλιος.

ς) Haec vsque ad γινομίση, sumta sunt ad verb. ex GAL. L. Cur. Rat.

ἢ τῆς κατὰ τὸν παράμεσον δακ-  
 τυλον Φλεβὸς διαίρεσις ὤνησεν ἐξ  
 ἀριτέρας χειρὸς γινομένη. ἀμει-  
 νον δὲ μὴ ἀπαξ ἐκκενῆν τὸ συμ-  
 μέτρως l), ἀλλ' εἰς δύο μερίζον-  
 τα ἡμέρας. ἢ μὴν γὰρ m) οἶδα,  
 εἰ καὶ τοῖς νῦν ἰατροῖς ἠμελλήσε  
 τὸ Φλεβοτομεῖν τὰς σπληνώδεις.  
 ἐγὼ γὰρ αἰετὸν μεγάλην ἀφέλειαν  
 ἔγνων γινομένην, εἰ καὶ λίτραν  
 τις n) ἐκκενώσῃ μίαν. ἐπὶ δὲ o)  
 τῶν πλευριτικῶν p) ἢ κατ' ἐυθύ  
 τῆ πάσχοντος πλευρῆ q) Φλεβο-  
 τομίᾳ τὴν ἀφέλειαν ἐνεργεσά-  
 κτην r) ἐπεδείξατο πολλάκις, ἐκ  
 δὲ s) τῆς ἀντικειμένης χειρὸς ἢ  
 πάντως ἀμυδρᾶν, ἢ μετὰ χρό-  
 νον t), ἢ μηδὲν υ). οὐδύνας τε  
 πολ-

medium attingit, perquam  
 salutaris fuit. Praestatamen,  
 moderatam vacationem non  
 semel facere, sed per duo qua-  
 si diuidere. Neque vero equi-  
 dem noui, num nostri medici  
 splenicis venam fecare soleant.  
 Equidem certe semper mag-  
 nam exinde vtilitatem percepi,  
 si vel vnam auferas libram.  
 Quod ad pleuriticos attinet,  
 sanguinis e directo affecti la-  
 teris missio saepius vehemen-  
 ter iuuat, at vero quae in op-  
 posita manu fit, aut perob-  
 scure, aut tardius, aut om-  
 nino nihil. Raud raro etiam  
 facta e directo venaesectione se-  
 da-

- Rat. per Venaef. c. 16. p. 445. T. X. Posthaec quaedam exci-  
 derunt, tunc iterum incipit ab αμεινον ad μίαν. GAL. paullo  
 ante τὸν παράμεσον δακτύλ. expl. per τὸν δεύτερον τῶν μικρῶν δακτύλων.  
 l) GAL. leg. τὸ συμμετρῶν — μερίζοντας. Recte.  
 m) Ap. GAL. deest γὰρ, et leg. οἶδα, κατὰ τὸς ἰατρ. ἠμέλληται τῆ  
 φλεβ.  
 n) Hic deleui superfluum voc. τῆς et reposit. ex GAL. τις.  
 o) De hoc ipso argumento v. III. TRILLER de pleuritide, Cap. 2.  
 quibus adde, si placet, BRISSOTVM, MORAEVM, Wipache-  
 rum cet, qui de ipsa venaesectione in latere pleuriticorum af-  
 fecto, vnice et salutariter instituenda, solide scripserunt. Certe  
 medicum clinicum, puto, fore neminem, qui obseruando hoc  
 Hippocrateum praeceptum felici cura exciderit.  
 p) CHART. leg. καὶ μίαν κατὰ τῶν πλευριτ. Est cet. in L. Cur. Rat.  
 per Vsn. c. 16. vbi leg. καὶ μέγχε κατὰ τῶν πλε  
 q) Deest. ap. CHART. VOC. πλευρῆ.  
 r) CHART. ἐναρροσσην.  
 s) CHART. ἢ δὲ ἐκ. Sic et in alt. libello.  
 t) CHART. μεταχρονιον.  
 υ) Haec CHART. non habet.

πολλάκις x) ισχυροτάτας κατέ-  
 παυσε y) ὀφθαλμῶν ἐντος μίας  
 ὥρας ἢ κατ' ἐνθὺ τῆς φλεβοτο-  
 μίας τομῆ. πειρᾶσθαι z) δὲ  
 ἐπὶ πάντων παθῶν ἀμεινον ἐστὶν  
 α) ἐπὶ ταῖς φλεβοτομίαις με-  
 τρίαίς γινομέναις b) τὴν καλα-  
 μένην ἐπαφαίρεισιν c) ποιῆσθαι,  
 ποτὲ μὲν ἐπὶ μίαν ἡμέραν d),  
 ὅταν ἔτιως ἐγχωρεῖ e), ποτὲ δὲ  
 κατὰ τὴν ὑπεραίαν, πλὴν μὴ f),  
 ὡς ἐμπροσθεν εἴρηται, μέχρι λει-  
 ποθυμίας ἀγειν τὴν κένωσιν ἐπι-  
 χειροῖμεν g). Ἐπὶ μὲν δὲ h)  
 τῶν ὀφθαλμιῶντων i), ἢ ὠμιαία  
 καλημένη φλέψ. ἢ τε ἀπ' αὐτῆς  
 σχιζόμεναι τμηθεῖσαι k) φανε-  
 ρὰν καὶ ταχέως l) τὴν ἀφέλειαν  
 ἐπι-  
 dauit intra vnus horae spatium  
 vehementissimos oculorum  
 dolores. In omnibus vero  
 morbis satius est, vnaefectio-  
 nibus modicis ita dictam ἐπα-  
 φαίρεισιν i. e. iteratam missio-  
 nem instituere, partim vno die,  
 si licet, partim postridie, nisi, vt  
 ante dictum est, ad animi deli-  
 quium vsque vasa vacuefacere  
 conueniat. Iis vero, qui  
 oculis aegri sunt, humeralis  
 dicta vena siue illius rami, si  
 infecantur, manifeste ac  
 breui profunt; at vero  
 in latere vel pulmone  
 affecto, vel obstructo sple-  
 ne, vel hepate, vel ven-  
 tre

- x) Ap. CHART. deest. Sed L. Cur. Rat. l. c. add. ὀφθαλμοί, omnia  
 c. quadam transpositione. Leg. et. ἢ κατ' ἐνθὺ φλεβοτομία τῆς  
 ὠμ. καὶ ἡμιν φλεβός τενομο.
- y) Ap. CHART. deest, pro quo leg. εἴτε ὠμιαία καλημένη φλέψ, ἢ ἢ  
 ἀπ' αὐτῆς ἀποσχισομένη κατ' ἀγκῶνα τμηθεῖσα. Hic sequuntur multa,  
 quae ab nostro auctore absunt. Pro φλεβοτομίας τομῆ legendum  
 est φλεβός τομῆ.
- z) Quae sequ. leg. altero cit. lib.
- a) GAL. ἔν. b) GAL. γινομέναις.
- c) Haec semper opponitur vnaefectioni, in qua semel aufertur  
 sanguis, auct. GAL. L. Cur. Rat. per Vnaef. c. i. p. 429. ideoq.  
 est *partita vnaefectio*.
- d) GAL. ἐπὶ μίας ἡμέρας. e) GAL. ἔτιω πρώττων ἐγχωρεῖ.
- f) GAL. ἰλίποτε. g) GAL. ἐπιχειροῖμεν. h) GAL. ἔν.
- i) Haec desunt ap. CHART. qui leg. ὀδύνας δὲ ισχυροτ. ὀφθαλμ. εἴτε.  
 ὠμιαία. GAL. ὀφθαλμῶν ἢ τ.
- k) CHART. ἢ ἢ ἀπ' αὐτῆς ἀποσχισομένη κατ' ἀγκῶνα τμηθεῖσα. GAL. ἢ τ'  
 ἐπ' αὐτῆς κατασχίζ. Quae sequuntur, prorsum desunt ibidem vs-  
 que ad ἐπιφίρεισιν.
- l) GAL. εἰ τάχα.

B

ἐπιφέρειν. ἐπὶ δὲ πλευρᾶς πα-  
σχέσης m), ἢ πνεύμονος, ἢ δι'  
ἐμφραξίν σπληνός n), ἢ ἡπατός  
τε καὶ γαστροῦ ἢ διὰ μασχάλης  
ἐπὶ τὴν κατὰ ο) ἀγκῶνα διάρ-  
θρωσιν ἀφικνεμένη p). Τέμνει q)  
δὲ ταύτην, μάλιστα αὐτὴν τὴν ἐν-  
δον. εἰ δὲ μὴ, τὴν ἀπ' αὐτῆς ἀπο-  
σχιζομένην εἰς τὴν κάμψιν τῆς  
διαρθρώσεως. ἴσ' ε' δ' ὅτι r) μι-  
κρόν ἐμπροσθεν ἀπὸ τῆς αἰμαίας  
φλεβός ἀποσχίζεται, καὶ τῇ  
προεϊρημένη συνάπτεισα s) αὐ-  
τὴν. Τρεῖς δὲ t) ἄντοι οἱ τρόποι  
τῆς κατ' ἀγκῶνα φλεβοτομίας  
εἰσὶν, ὁ τ' εἶδον, υ) ὁ ἐκτός,  
καὶ ὁ μέσος x). ὁ μὲν ἐν εἶδον  
ἐπὶ τὰ κάτω τῷ τραχήλῳ πάθῃ  
ἠφελίμος y), ὁ δ' ἐκτός, ἐπὶ  
τὰ ὑπὲρ τῶν x) ἢ τὰ πρῶσ-  
πῳ a), ἢ κεφαλῆς. ὁ μέσος δὲ  
τόπος ἐνίοτε μὲν ἀμφοτέρως  
ἔχει

tre placet incidere eam, quae  
ab axilla ad cubiti articulum  
deducitur. Secare vero cum  
maxime oportet interiorē.  
Sin minus, eius ramum, qui ad  
flexionem articulationis attinet.  
Scitote ergo, quod paullulum  
antrorsum a vena humerali  
egreditur, et cum ante dicta  
coniungitur. Tres vero hi lo-  
ci venae sectionis in cubito  
sunt, interior, exterior et  
medius. Interior autem  
utilis est iis in morbis, qui  
partes infra collum affectant,  
externus in morbis, qui  
superius laedunt, siue faciem,  
siue caput; medius vero  
locus interdum habet utras-  
que venas diductas ad par-  
tes manus anteriores pro-  
ten-

m) CHART. πεποθύιας. Sic et GAL. cit. l.

n) CHART. ἢ διαφραγματός, ἢ σπληνός. Sic et GAL. cit. l. quam praeferrem lectionem.

o) CHART. κατ'.

p) CHART. τὴν διὰ - ἀφικνεμένην.

q) Quae seq. aliter CHART. τέμνει μὲν δὲ μάλιστα ἀποσχίζομένην εἰς τὴν κάμψιν τῆς διαρθρώσεως, ἢ ἴσ' ε' δὴ πρὸς τῆς αἰμαίας φλεβός ἀποσχίζομένης συνάπτεισαν. τρεῖς γὰρ. GAL. τέμνει καὶ ταύτ. μάλ. μὲν.

r) GAL. δὲ πρὸς - ἀποσχίζομαι τὴν προειρ. συνάπτειται.

s) GAL. εἰ. t) GAL. καὶ ὁ.

υ) CHART. ἄντοι τρόποι. Sic et GAL. al. loc. Equidem mallem τόποι.

x) CHART. ἢτε ἔξω, καὶ ἢ ἴσω, καὶ ἢ μίση ἢ μὲν ἐν εἶδον.

y) CHART. ἐπὶ τῶν κάτω τῷ τραχήλῳ πεποθύτοι ἠφελίμος Sic et GAL.  
z) Haec def. ap. CHART. fed GAL. ἐπὶ τῶν ὑπὲρ τῶν.

a) CHART. ἢ κατὰ τὰ πρῶσποιν, ἢ κατὰ τὴν κεφαλῆν.

ἔχει τὰς ἀποτχιζομένας b) φλέβας εἰς c) τὸ προσωτῆς χειρὸς ἐκτεινομένας, εἶτα d) ἐνταῦθα συναπτομένας, ἐνίοτε δὲ διάταχέως e) εἰς ταῦτο ἀλλήλας συνίσσας κατὰ f) τὴν κάμψιν τῆς διαρθρώσεως. ἔσθ' ὅτε σαφῆ μὲν τὴν ἐτέραν αὐτῶν, ἀσαφῆ δὲ τὴν ἐτέραν g). ὅταν μὲν ἔν μέσον ἤκη, περὶ τὴν ἀποσχισομένην h) τῆς οἰκείας τέμνειν μάλλον. ἔσθ' ὅτε καὶ τὴν κατωτέρα ἰ) τῆς κατ' ἀγκῶνα διαρθρώσεως. ὅσα ἔν κατὰ k) τὴν πῆχυν εἰσι l), διαιρεῖν ἔδεν κωλύει, μὴ φαινομένων τῶν κατ' ἀγκῶνα m), καὶ τῶν αὐτῶν τὰς κατ' ἐυθύ τοῖς πεποιδόσιν. τῶ γὰρ n) ἐναργῆ καὶ ταχέως τὴν ἀφέλειαν ποιήσκειν. ἐνίοτε μὴ κατ' ἐυθύ τῶν πασχόντων μορίων τὴν φλεβοτομίαν φέρουσιν, ὥστε καὶ τὰς πασχόντας αὐτὰς,

καὶ

tenfas, mox et illic coeuntes, interdum breui vnum in locum confluentes ad flexuram articulationis, quarum interdum alia manifesta, alia obscura est. Si igitur ad medium veneris, tentes potius secare rami propriae, interdum etiam inferiorem articulationis cubiti. Aliquando autem et illas, quae circa radium sunt, licet aperire, non apparentibus iis, quae ad cubitum pertinent, maximeque his, quae e directo affectorum membrorum sunt: Exinde enim praesentissima et citissima consequitur utilitas. Sunt tamen, qui non e directo male affectarum partium venae sectionem ferant, ita, ut et aegroti, et amici, tanquam nouitate quadam perculli

B 2

fac-

b) GAL. ἀποσχισμένας.

c) CHART. κατὰ.

d) GAL. εἶτα.

e) GAL. διατάχων εἰς ταυτὴν ἀλλήλας ἰσῆσας.

f) CHART. εἰς αὐτὰς ἀλλήλας ἕσας ἐπὶ τὴν κάμψιν.

g) Haec ap. CHART. defici. GAL. ἔστι δ' ὅτε.

h) CHART. leg. ὅταν ἔν ἀφανιστέως (GAL. ἀσαφιστέως) ἕσας τῆς οἰκείας τῶ πασχόντι μορίῳ φλεβὸς, ἐπὶ τισι τῶν μέσων ἤκησιν (GAL. ἤκησιν) περὶ τὴν πῆχυν τὴν ἀποσχισομένην τῆς οἰκείας τέμνειν μάλλον. ἔστι δ' ἔσθ'.

i) CHART. τῆς κατωτέρας.

k) CHART. αἰ κατὰ.

l) CHART. εἰσὶν, ἄς.

m) Quae sequi. defunt ap. CHART.

n) GAL. ἔσθ' ὅτε δ' - διὰ ταχέως ἐνίοτε τὴν ἀφελ. αἰ κατ' ἐυθ. τ. πασχ. φλεβ. φερ. Mallem. c. GAL. ἔσθ' ὅτε legere.

καὶ τὰς προσήκοντας ο) αὐτῶν, ὡς καινόντι γινόμενον, πολλάκις ἐκπλήττεσθαι. Ἡ γήσατό ποτε ὁ σοφὸς ἰατρός Γαληνὸς ρ), ὅτι θρασάμενος ποτὲ νεανίαν ὀφθαλμίτην q), ὄνπερ Ἐρασιστράτειος r) ἔργον πεποιημένος s) ἦν, ἀπέχεσθαι τῆς φλεβοτομίας ἀεὶ κινδυνεύοντα τυφλωθῆναι, πάσχοντα σχεδὸν ἡμέρας t) εἴκοσι. θρασάμενος υ) ἂν ἐγὼ τὸν τοιαῦτον νεανίαν πολύαιμον x) ἀνεωγότας y) μὲν ἐτι τὰς ὀφθαλμὸς ἔχοντα z), φλεγμονὴν δὲ μεγίστην, καὶ ρευματισμὸς a), καὶ δασύτητα ἐν ἀμφοτέροις τοῖς βλεφάροις, καὶ τραχύτητα ἤδη τινα b), ἐφ' ἧ ἐπισκοτούμενος ἐτι καὶ μᾶλλον ὀδυνᾶτο c) τε καὶ

saepius obstupescant. Existi-  
manit olim sapiens medicus  
GALLENVS, cum videret ali-  
quando adolescentem oculis  
aegrum, cui Erasistratus ope-  
ram dicarat, negligendo ve-  
naesctionem, eaque de re sem-  
per in periculo versantem, ne  
oculorum lumina amitteret,  
quippe iam laboraret dies cir-  
citer viginti: Quem iuue-  
nem cum ego inuenirem san-  
guine abundantam, apertos  
adhuc habentem oculos, in-  
flammationem vero vehemen-  
tissimam, et fluxionem, et  
densitatem in vtraque palpe-  
bra et aliquam iam asperita-  
tem, ex qua caligine prehens-  
sus

ο) GAL. οἰκίαις αὐτ. ἐκπληττ. πολλ. Haec lectio verior et sensui aptior esse videtur.

ρ) Quae sequi videntur esse scribentis, argumentum vero GAL. cuius singula verba paullo post adferuntur ex L. Cur. Rat. per Venaes. c. 17. p. 446.

q) AP. GAL. κινδυνεύοντα τυφλωθῆναι.

r) Lege Ἐρασιστράτειος. Nam cum his vixit, et contra eos scripsit GALENVS. cf. Libr. cit. Male cod. Ἐρασιστράτος.

s) Haec singula voc. ἔργ. πεποιθ. ἀπεχ. φλεβ. ex GAL. sunt.

t) GAL. ἡμέρας.

υ) Hic incip. iterum GAL.

x) GAL. τοῖ πασχόντι ἰσχυροῖς, ὅτι πολλ.

y) GAL. ἀνεωγότας, quam lect. praeferram.

z) Deest ap. GAL.

a) GAL. ῥεύμα.

b) GAL. καὶ θασύτητα καὶ τραχύτητα ἤδη τινας, ὅφ' αὐ ἐπισκοτούμενος. Sic et legend. cenfeo.

c) GAL. ὀδύνετο.

καὶ παρωξύνετο τῆς Φλεγμονῆς  
καὶ τῷ ρεύματι d). ταῦτα  
θελαίμενος e), ὄψιν, ἔφερον  
μετ' ἐμῶν τὸν ἄνδρα. ἤκετο f)  
ἐν ὥρᾳ πᾶ πέμπτης, καὶ ἀφῆ  
ρέθη g) τε τὴν πρώτην ἀφαίρε-  
σιν εὐθείως αἵματος λύτρα τρεῖς,  
εἶτα ἄλλην μίαν ὥρα h) θ'. —  
ἐν αἷς ἀνακαλύψας μεγάλας  
ὕψηλιφς i) κατὰ τὴν ὑσερμαίαν  
ἐν τῶν ἀπ' ἀλλῶν k) κολλυρίων,  
μιχθέντος αὐτῶν τῷ δια ὄνις l),  
καθάπερ ἐιώθαμεν ἐπὶ τῶν τοιῶ-  
των πράξεων καθ' ὑποβολὴν m)  
τῆς μήλης τῷ πυρίνος ὑπὸ τὰ  
βλέφαρα τῆς ὑπαλείψεως γε-  
νομένης n). ἐπράχθη δὲ τὸ  
πρῶτον μὲν, ὡς ἐώθεν ο), εἶτα  
ἑτάρτην p), εἶθ' ἐξῆς ἐνά-  
την q). ὑφ' αἷς r) ὑπαλείψασιν  
ἰλουσατο περὶ δυσμὰς ἡλίου,  
καίπειτα

fus vehementer dolebat, et ex-  
acerbabatur inflammatio atque  
fluxio. Hunc ergo homi-  
nem, inquit, duxi mecum.  
Venit igitur hora circiter quin-  
ta, et prima missione statim  
tres librae detractae sunt, de-  
inde vna circiter ad horam  
octavam, vnde valde refectus  
inunctus est: postero die quo-  
dam ex mollibus collyriis mix-  
to cum eo, quod ex vino con-  
ficitur, vt in his solemus facere,  
specilli immissa cuspide, facto  
sub palpebris illitu. Hoc pri-  
mum mane factum est, dein-  
de hora quarta, tum iterum  
nona. Post has inunctio-  
nes sub solis occasum in bal-  
neum ductus est, postero die,  
extra versis palpebris, in-  
unctus

B 3

d) GAL. τὴν φλεγμ. καὶ τὸ ρεῦμα.

e) GAL. add. ἐγὼ καὶ γινῶ κ. τ. λ. quae hic desunt, vsque ad ἤκετο.  
Sunt vero preces heri pro ferui valetudine.

f) GAL. ἤκε - τί πᾶ ἤρ.

g) Sic reposit. pro ἀφαίρεθη cod. ex GAL. delendo τε.

h) GAL. ὥρας.

i) GAL. ὑψηλίφθη.

k) GAL. ἀπαλῶν. Rectius.

l) GAL. δι' οἴνου. Clarissimum hoc collyrii genus ap. veteres est, et  
nuper descript. ab ill. TRILLERO.

m) GAL. ὑπερβολὴν τῆς μήλης.

n) GAL. γιγνομένης.

o) GAL. πρῶτ. μὲν ἐώθεν.

p) GAL. τετάρτης ὥρας.

q) GAL. εἶτα θ'.

r) GAL. ἐφ' αἷς.

κἄπειτᾶ κατὰ τὴν ὑπεραίαν, ἐκτραφέντων τῶν βλεφάρων, ὑψηλείψατο δις, ἐπιμιχθέντι s) τῷ ἀπαλῷ t) κολλυρίῳ πολὺ πλείονι τῷ υ) διὰ οἴνῃ. καί μετὰ τὰ ταῦτα πρὸς x) ἐσπέραν ἐλάσατο. κατὰ δὲ τὴν ἐξῆς ἡμέραν y) εἶδον αὐτὸν ἀνεωγῶτα τὸς οφθαλμὸς καὶ ἀφλεγμάντας καὶ ἀρρευματίστους ἔχοντα z), ὁ πρὸ δυὸ ἡμέρων εἶδε μικρὸν ἀνοιξαί τὰ βλεφάρᾳ δυνάμενος a) ὑπὸ τε τῷ ρεύματος καὶ τῆς οἰδύνης b). δεῖ μὲν γὰρ τὸς ποδαλγάντας c) ἀπ' ἀγκῶνος κενῶν, ἐπιληπτικῶν d) δὲ καὶ σκοτωματικῶν ἀπὸ τῶν σκελῶν μόνον e). εἰ δὲ διὰ ἀιμορραγίας ἐπισχέσιν f) ἐπὶ φλεβοτομίαν ἤκει, ἢ εἰ μὲν ἐπέχειν αὐτὴν βύλη, τὰς ἐν ταῖς χερσίν. εἰ δὲ προτρέψαι, τὰς ἐν τοῖς σκέλεσι χρὴ τέμνειν φλέβας. ἐπὶ g) δὲ τῶν ἐπισχη-

vntus bis maiore copia collyrii eius, quod ex vino componitur, molli admixta. Et iterum ad vesperam lotus est. Sequenti die vidi eum apertis oculis, inflammationis et fluxionis expertibus, cum ante biduum ne paullulum quidem prae fluxione ac dolore aperire potuisset palpebras. Laborantes pedum dolore oportet ex cubito, morbo vero comitiali correptos et vertiginosos ex cruribus solis vacuare. Si propter haemorrhagiae repressioem vena secanda est, veleadem reprimenda, manuum venas: Sin vero ciere, crurum; Denique in mulieribus, quae ex suppressione menstruorum aegrotant, semper venas crurum incidere licet. Etenim non, vt in

s) GAL. ἐπιμιχθέντος.

t) GAL. rectius τῷ ἀπαλῷ pro ἀπαρῷ mendofo. cod.

υ) GAL. πλείονος τῷ. Recte.

x) GAL. εἰς.

y) Quae sequ. ap. GAL. dicitur vidisse herus.

z) GAL. ἀνεωγῶσι τε καὶ ἀφλεγμάνταις καὶ ἀρρευμα. τοῖς οφθαλμοῖς.

a) Ex GAL. rescripti δυνάμετος pro δυνάμειον cod. Mosq.

b) Quae sequ. GAL. non habet.

c) Hab. haec GAL. l. c. cap. 19. sic. δια τὸς μὲν ποδαλγικὰς χερσίν.

d) GAL. ἐπιληπτικῶν.

e) GAL. μῶνον.

f) GAL. δι' ἀιμορροϊδὸς ἐπισχέσιν - ἤκοις - βύλοις. Mallem ἀιμορροϊδ. ob sequentia.

g) GAL. ἀλλ' ἐπὶ γε τῶν ἐπισχη. καταμ. τὰς ἐν σκέλεσι.

ἐπισημειωμένων τὰ καταμήνια γυναικῶν τὰς ἐν τοῖς σκέλεσι διαπαντός. ἔ γάρ, ὡς περ ἐπὶ τῶν αἰμορροϊδῶν, ἔνιοι μὲν ἀπιλλάχθαι τῆς τοιαύτης κενώσεως ἐθέλουσιν, ἔνιοι δὲ ἔχειν ἀγαπᾶσιν, ἔτω καὶ ταῖς ἐμμήνοις καθαρῶσιν ἡ). ἢ μὲν γὰρ ἐκ τῶν αἰμορροϊδῶν κενώσις ὑποπλῆς ἐστίν, ὅτι, εἰ εἰς ἀμετρίως ποτὲ καὶ παρὰ τὴν δέοντος ἔλθοι, ἢ τὴν ἀνθρώπον παραχρῆμα ἰ) ὑδερικὴν κ), ἢ πάντος καχεκτικὴν ἀπεργάσασθαι λ). ταῖς δὲ ἐκ τῶν ὑσέρων μ) κενώσασιν, ὡς ἂν κατὰ φύσιν ἔσται, ἔδὲν τοιαύτον συμπίπτει. συμβαίνει δὲ μὲν η) ἐνίοτε κατὰ ο) τὰς ὑσέρας ἐξ ἀναβρώσεως αἰμορραγεῖν, ἐφ' ἧν ἔκτετι ὁ αὐτὸς σκοπὸς ἐστὶ τῆς θεραπείας. ἔ γὰρ αἰρέσθαι ρ) τὸ αἷμα, καθάπερ ἐκ τῶν καταμήνιων, ἀλλὰ παντάπασι σῆναμ βελόμεθα ς). τῆς φλεβοτομίας τρόπος ς), εἰ καὶ πᾶσιν ἐστίν

in haemorrhoidibus alii cupiunt tali liberari vacatione, alii vero desiderant, sic et in menstruis purgationibus. Egestio enim per haemorrhoides suspecta est, quoniam, cum immodica fit et inordinata, feminam aut breui efficit hydropticam, aut omnino cachecticam. Vacationibus vero ex utero, tanquam naturalibus, nihil tale accidit. Interdum tamen contingit, ut per uterum ab exesione sanguis profluat. In his non amplius eadem est curationis via. Minime enim mitti sanguinem, sicuti in menstruis, sed omnino sisti volumus. Etiam si omnibus nota est venaesectio nis ratio, tamen ut nihil desit, quod ad chirurgiam pertineat, atque propter artificiosas eius finitiones, haud erit nobis praetermittenda. Primus igitur ve-

ἡ) GAL. τῆς ἐμμήνης καθάρσεως.

ἰ) GAL. leg. ἐστὶν ἀμετρία τοσαύτη ἔλθειν, ὡς ἦτοι παραχρῆμα τὸν ἀνθρ. ἀελεῖν.

κ) GAL. ὑδερικὴν γε πάντως, ἢ.

λ) Mallem leg. ἀπεργάζεσθαι.

μ) GAL. μητρῶν.

η) GAL. μέντοι.

ο) GAL. καὶ τὰς. Recte.

ρ) GAL. φερεσθαι.

ς) Cetera desunt ap. GAL.

ς) Quae sequi, ex PAVLLO sunt L. De Med. VI. 40. p. 565. seq. Coll. Steph. et p. 188. seq. ed. gr. Basil. 1538. Reperire tamen

ἐστὶν ἔυδηλος, ἀλλὰ γε διὰ τὸ τῆς χειρουργίας ἀνελεῖπεν *ς*) καὶ τὰς τεχνικὰς αὐτῶν διορισμὰς ἢ παροπταίους *τ*) ἡμῖν ἐστὶν. πρῶτος τὸν τῆς φλεβοτομίας ἐστὶ σκοπὸς ἢ τῆς πλεονάζοντος αἵματος κένωσις. διττὸν δὲ τὸ πλῆθος τῆς αἵματος ἀποδέδεικται, πότε μὲν *υ*) πρὸς τὴν δύναμιν, καὶ μὴ πλήρεις αἱ φλέβες φαίνονται, ἐφ' ᾧ ταχέως ἀσθενεῖς τε καὶ ἀστονοὶ γίνονται, μὴ δυναμένης τῆς φύσεως φέρειν τὸ βᾶρος, ὡσπερ τι φορτίον, ποτε δὲ πρὸς τὰ περιέχοντα αὐτὸ ἀγγεῖα ἐν αὐτῶ τῶ παρεγχύματι *χ*) θεωρούμενον, καὶ ἡ δύναμις αὐτὸ φέροι ἀλύπως. ἐφ' ᾧ ῥηγνυμῖαι *γ*) ἐπίστε τῶν φλεβῶν, αἵματος πύσις, (ἢ ἐκ τῆς γαστρὸς *ζ*) ἢ ἕτεραι συμβαίνουσι ρεύσεις.

ματος

venae sectionis finis est sanguinis superabundantis euacuatio. Duplex autem sanguinis copia indicata est, una quidem ad vires, etiam si minus plenae videantur venae, quapropter mox fiunt debiles et languidi, natura molestiae, tanquam oneri ferendo, non idonea, altera ad continentia vasa in ipso parenchymate, et si vires illud sine noxa ferant. Quapropter haud raro ruptiones venarum, sanguinis exsputio, aut ex ventriculo aut aliae eueniunt fluxiones. Abundantia vero ad vires ex corporis grauitate cognoscitur; abundantia ad venas ex distentione, cum quasi videantur repletas. Vtraque vacua-

ti-

non potui in Verf. ALB. TORINI Bas. 1532. Cf. ORIBAS. Collect. Medic. VII. I. p. 303. seq. vbi. ex GAL. similia adferuntur.

*ς*) PAVLL. ἀνελεῖπεν.

*τ*) Sic pro vitiof. παροπταίους restitui.

*υ*) PAVLL. πότε μὲν, et paullo post πότε δὲ. Haec in textum resumfi. Cod. Mosq. leg. τὸ μὲν - τὰ δὲ περιέχοντα.

*χ*) GAL. I. cit. c. 3. p. 431. seq. distinx. τὸ πλῆθος πρὸς δύναμιν, et τὸ πρὸς τὴν ευρυχωρίαν, ἐν ἧ περιέχεται πλῆθος. κατὰ τὸ ἔγχυμα. Et paullo plenius c. 4. τὸ πολὺ πρὸς τὴν δύναμιν et πρὸς τὴν ευρυχωρίαν περιέχεται τὰς χυμὸς ἀγγείων, ὡπερ ὀνομ. ἴσως κατὰ τὸ ἔγχυμα. Et iterum eod. cap. πλῆθος, ὃ κατὰ τὸ ἔγχυμα καλεῖσθαι, πρὸς τινι εἶποι, ἐπειδὴ κατὰ τὰς ἐγκεχυμῖαι τοῖς ἀγγείοις χυμὸς συνίσταται. Cf. c. 6. Notum vero est vel ex ORIBAS. Anat. p. 76. et p. 114. ERASISTRATVM τὰ μεταξύ τῶν ἀγγείων i. e. telam cellulofam, dixisse παρεγχυμα.

*γ*) PAVLL. ἐφ' ᾧ ῥηγνυμῖαι ἐν. τῶν φλεβῶν αἵμ. πύσις.

*ζ*) Haec ap. PAVLL. defunt.

τὸ μὲν ἔνδρος τὴν δύναμιν πλη-  
 θος α) ἐν ἴσ̄ πρὸς β) τὸ σῶμα  
 διαγνώση θάρους, τὸ δὲ κατὰ  
 τὰς φλέβας ἐκ τε τῆς τάσεως  
 καὶ φαίνεσθαι πεπληρωμένας  
 αὐτάς. ἀμφω δὲ τὴν κένωσιν  
 δείκνυται. ἔκδεν καὶ κατὰ τὴν  
 πρώτην τῆ νοσήματος φλεβοτο-  
 μήσεις ἐπίοτε c) καὶ ἀνάγκης  
 ὑπέσης d), μόνη τὴν ἐν τῇ  
 γαστρὶ τῶν σιτίων πέψιν ἢ e)  
 καὶ τὴν ἐν τῷ ἥπατι τελείαν  
 ἐξαιμάτωσιν ἐκδεξάμενος. εἰ δὲ  
 διὰ τινὰ f) κατ' ἀρχὰς αἰτίαν  
 ἢ φλεβοτομία μὴ παραληφ-  
 θείη, καὶ προσωτέρω τῆς ἐβδο-  
 μάδος ἔδεν ἀτοπον φλεβοτο-  
 μείν, τῆς τε χρείας ἀπαιτήσης,  
 καὶ τῆς δυνάμεως ἔκ ἐναντι-  
 μείνης. Ἐπισκοπεῖσθαι g) δὲ  
 χρὴ τὸν μέλλοντα φλεβοτομείν,  
 μὴ κόπρη πολλή h) τις ἐστὶν  
 ἐπίσχεσις ἐν τοῖς ἐντέροις, καὶ i)  
 κενῶμεν αὐτὴν πρότερον k) διὰ  
 μαλ-

tionem indicat. In morbi  
 igitur prima die interdum ve-  
 nam infecabis, si necessitas  
 urgeat, modo peracta in ven-  
 triculo ciborum concoctio fit,  
 aut etiam perfecta in hepate  
 sanguinis generatio exspecta-  
 ta. Si propter aliquam causam  
 sub initio venae sectio non  
 facta est, vel post diem sep-  
 timum licet aperire venam, re-  
 bus sic postulantiibus, nec vi-  
 ribus aduersantibus. Debet  
 vero sanguinem missurus pro-  
 videre, ne quam intestinis mo-  
 lestiam feces facestant, et ante  
 omnia euacuare aluum molli  
 lotione, ne quam venae ab in-  
 testinis attrahant putridam ex-  
 crementorum naturam. Qua  
 de re iis, quibus ob praesentem  
 morbum accommodata est  
 sanguinis detractio, quouis  
 tempore venam secabimus,  
 vigo-

a) Haec eod. sensu ap. GAL. c. 4. et 6. 8. extant.

b) PAVLL. κατὰ.

c) PAVLL. ἐπίοτε φλεβοτομήσεις. Recte. Sic restitui pro φλεβοτομήσαι.

d) PAVLL. ἀνάγκης ὑπέσης, quam lect. resumfi pro corrupto ἀναγκαιώς ἀπύση cod.

e) Cod. εἰ, sine sensu.

f) PAVLL. διὰτι κατ' ἀρχ. ἢ φλεβ.

g) CHART. leg. ἐπισκίπεισθαι. PAVLL. vero, ut in cod. Mosq.

h) CHART. πολύ.

i) Ap. CHART. deest.

k) CHART. non hab.

C

μαλακῶ 1) ἐλάματος m), ἵνα  
 μὴ αἱ φλέβες ἀπὸ τῶν ἐντέρων  
 ἐλξώσι τινα σπηδονώδη τῶν  
 περιττωμάτων ὕσιαν. τὰς μὲν  
 ἐν διὰ νόσον παράσαν n) χρή-  
 ζοντας τῆς τῆ ο) αἵματος ἀφαι-  
 ρέσεως, ἐν ἅπαντι καιρῶ φλε-  
 βοτομήσωμεν, τὴν ἀκμὴν p)  
 καὶ μόνην q) ἐν πυρετοῖς τῶν  
 μερικῶν φυλάττοντες παροξυσ-  
 μῶν r). εἰ δὲ συνεχῆς πυρετὸς  
 εἴη, πάντως ἐωθινὸς καιρὸς ἐστὶν  
 ἐπιτηδείωτερος. ὅσοι δὲ, μὴ νόσον  
 παράσης, ἀλλὰ προφυλακῆς  
 ἕνεκα τὴν τῆ αἵματος ἐπιζητῶσι  
 κενώσιν, τῆτοις s) τὸ εἶρ ἐπι-  
 τηδεῖον. Ἐν δὲ ταῖς ἡλικίαις  
 ἀχρι τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν ἢ  
 κένωσις παραίτητα, ὡσπερ αὐ-  
 τὸ καὶ μετὰ τὸν ἐξήκωσον ἐνιαυτὸν  
 t), εἰ μὴ τις ἀπαραίτητος ἀνάγκη  
 ἡμᾶς βιάζοιτο u). καὶ κα-  
 θόλα τὰς ἀδυνεστέρας x) ἔχον-  
 τας τὴν δύναμιν παραφυλακ-  
 τέον.

vigore ac tempore singularum  
 accessionum in febribus vita-  
 to. Sin vero continua febris  
 fuerit, omnino matutinum  
 tempus est accommodatius.  
 Quicumque vero, non vrgente  
 morbo, sed ad praecautio-  
 nem sanguinis euacuationem  
 requirunt, his ver conuenit.  
 Quoad aetates, vt ad quartum  
 et decimum annum vsque san-  
 guinis missio fugienda est, ita  
 quoque post sexagesimum  
 annum, nisi qua ineuitabilis  
 necessitas nos eo adigat. In  
 genere eos, qui infirma vtun-  
 tur valitudine, vitandi sunt.

1) CHART. μαλακῶ.

m) Rectius CHART. κλύσματος, quam left. et PAVLL. habet.

n) CHART. διὰ νόσον παράσης.

o) Deest ap. CHART.

p) Sic ex CHART. et PAVLL. reposui pro corrupto ἀκμῆν. Simil.  
 doc. GAL. l. cit. c. 21. vbi in febrientibus παρακμῆν τῶν κατὰ μέρος  
 παροξ. commendat.

q) PAVLL. ἀκμ. μόνην. Reiiic. καί.

r) CHART. τὸν μερικῶν φυλαττόμεναι παροξυσμῶν. PAVLL. plural. hab.

s) CHART. et PAVLL. τῆτοις, Cod. τῆτα.

t) CHART. μετὰ τῶν ἐξηκ. ἐνιαυτῶν. PAVLL. τὸν ἐξηκωσὸν ἐνιαυτὸν. De-  
 leui ergo vitios. ἐξήκοντα.

u) CHART. male βεβιάζοιτο.

x) CHART. ἀδυνεστέρας, PAVLL. ἀδυνεστίαν. Cetera vero, quae post  
 προφυλακτέον sequuntur, CHART. non habet, at vero PAVLL. ad  
 verbum habet.

Sed haec haftenus. Quae restant, proxime dabimus.

Laudandus enim et commendandus nobis praenob. Dnus CANDIDATUS est, qui in litterarum bonarum et medicinae studia sic incubuit, vt inde ab eo tempore, quo huc migravit, mihi prae ceteris carus esset, et de eo bene sperarent Clariss. praeceptores. Nec spes fefellit. Nuper enim ad examina sueta admissus ita se probavit ordini nostro, vt vnanimi consensu potestas daretur cathedram conscendendi et pro summis in medicina honoribus rite consequendis disputandi. Vt vero videant lectores humanissimi, quam bene acta sit optimi candidati vita, quam praeclare conformata tempori et loco, en tabulam quasi ad viuum expressam!

**E**go IOANNES VAENTINVS MÜLLER natus sum Francofurti ad Moenum die VIII. Mens. Aprilis MDCCCLVI. Patrem veneror artis vitriariae peritum, IOANNEM CONRADVM, matrem vero ANNAM ELISABETHAM, e familia HILDEBRANDIANA. Parentes carissimi, nunc ad coelites vocati, omnem operam adhibuerunt, vt principiis christianae religionis iisque, quibus aetas puerilis informari solet, disciplinis imbuerer: quo consilio me tradiderunt institutioni meritiissimi nostri Gymnasii Collegae, WILLEMERI, qui me non solum in publicis, sed etiam in priuatis horis diligenter instruxit, ex quo optimo magistro plurimum profeci, pro quibus non possum non, quin publice animum gratum atque obstrictissimum testificandum esse existimen. Ex lectionibus doctissimi SCHILLERI, et Conrectoris, BRENDELII, Senis venerabilis, nec non Rectoris nostri dignissimi, FVRMANNI, magnos fructus percepisse grato animo profiteor. Tandem idoneus iudicatus, qui praelectionibus celeberrimorum in academia Professorum interesset, anno MDCCCLXVI. Ienam me contuli, et die XXVI. Mens. Aprilis, Rectore tunc temporis Magnifico, Illustri Consiliario aulico, HENNINGSSIO, in numerum ciuium academicorum sum receptus. Excellentissimi VLRICHII praelectionibus Logicis, Metaphysicis, Anthropologicis, Physicis, Moralibus ac Politicis maximo cum emolumento interfui; nec non eum

C 2

pli-

plicantem summa cum voluptate ac utilitate audiui. Illustris atque Excellentissimus SYCCOVIVS Physicam et Chymiam mihi explicavit, mathefin puram et applicatam Ill. WIDEBURGIUS, b. Consiliar. aulicus, WALCHIVS, historiam naturalem, Excellentiss. EICHHORNIUS historiam uniuersalem, cuius praelectionibus in Horatium etiam interfui. Praemissis disciplinis praeeparantibus, amplum medicinae campum lustrare coepi. Medicinam legalem docuit Illustris atque Excellent. NICOLAI, facultatis medicae venerandus senior, Fautor atque Patronus semper colendus, Physiologiam vero, Pathologiam, Materiam Medicam, Semioticen, artem formulas medicas concinnandi, Historiam medicam litterariam, Therapiam generalem, Dieteticam et praxin medicam, Illustris atque Excellentissimus GRVNERVS, hoc tempore gratiosae medicae facultatis Decanus, Fautor ac Praeceptor summe venerandus, de quo mihi vehementer gratulor. Anatomem mihi explicavit b. NEYBAVERVS et Ill. LODER, Fautor ac Patronus non satis colendus, cuius scholas in Chirurgiam, artem obstetriciam et morbos oculorum frequentavi. In Chirurgia etiam Excellentiss. HALLBAVERVM magistrum habui, nec non in morbis biblicis et in examinatio phyfiologico Excellentiss. STARKIVM, et in Osteologia Praecell. Dn. D. SCHENCKIVM audiui. Denique eximios cepi fructus ex exercitiis Disputatoriis, quae, moderatore Ill. GRVNERO, habentur, cuius sub praesidio anno praeterlapso diff. meam de naeuis maternis publice defendi.

Restat, vt vita academica feliciter fortunateque defungatur publice proponenda, vt more maiorum iubemur, dissertatione inaugurali, quam et ipse diligentissime conscripsit, et sine Praeside defendere contra aduersarios animo statuit. Dictus huic sollempnitati est dies v. Iunii. Cui vt interessè beneuole velint PRORECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, COMES ILLVSTRISSIMVS, PATRES CONSCRIPTI, PROFESSORES CLARISSIMI, Commilitones generis nobilitate insignes studiorumque amore laudabiles, et si qui sunt academicorum laborum Fautores, ordinis mei verbis etiam atque etiam rogo. P. P. sub sigillo Facultatis a. d. III. Iunii MDCCCLXXVIII.

(L. S.)